



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina  
Ecclesiae Oeconomia**

**Bonald, François**

**Coloniae, 1611**

IV. De forma Ecclesiæ quæ membra vnit, & ex multis vnum corpus  
mysticum constituit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](#)

## CAPVT QVARTVM.

De forma Ecclesiæ quæ membrâ vnit &  
ex multis vnum corpus mysti-  
cum confi-  
tuit.

PHilosophi inquiunt, forma dat esse  
rei. Si ergo formam ecclesiæ, id est,  
id quod membra eius vnit, vnumque  
corpus mysticum constituit, inquira-  
mus, deprehendemus hoc in hac vita  
à fide & charitate; in futura à gloria  
beatorum præstari. Vnde D. Thomas p. 3. q. 8. a.  
docet Christum sibi tanquam capite 1. & 3.  
Nam membra ecclesiæ pro diuersitate sta-  
tuim diuersimode vnire; Illos enim,  
qui triumphant in cœlis vnit sibi cha-  
ritate, & gloria; istos autē qui hic in  
terrîs adhuc militant, partim charita-  
te & fide; partim sola fide sibi coniun-  
git, & copulat: quarum vniōnum pri-  
ma est perfecta, & omnino indissolu-  
bilis; altera perfecta quidem, sed dis-  
solubilis; tertia imperfecta, quæ licet  
in singulis deficere possit, nunquam  
tamen in omnibus simul, seu in toto  
ecclesiæ corpore extinguetur: nam *Luc. 22.*  
*rogauit Christus pro sancto Petro, ac*  
*conse-*

CA.

consequenter pro tota ecclesia, ut non deficiat fides eius; cuius preces, cū pro orantis reuerentia exauditæ sint; ideo, sicuti ecclesia nunquam ex toto fide caruit, ita unquam totaliter dissoluta, ac dissipata fuī. Hæc itaq; sunt vincula, quibus membra ecclesiæ sibi mutuo, & suo capiti colligantur: vnit fides, sed imperfetè; vnit charitas, sed perfecte, tantoque perfectius quanto ipsa perfectior fuerit.

Cum autem hæc vincula vnitati longè superent aliarum Rerump. & communitatim vniōnes; ita etiā ecclesiæ corpus mysticum præ cæteris milibus corporibus illustrius reddūt. Si quidem Respubl. & hominum familiæ, fide humana, amore naturali, & lege ciuili vniuntur; Verum Christi ecclesia fide diuina, charitate supernaturali, ac legibus canonicis copulatur. Vetus autem Synagoga Iudeorum vniebatur quidē fide & charitate; sed in minori multo gradu, q̄ nostra ecclesia: Nam Iudeorum fides multis figurarum vmbbris, & sacrificiorum in uolucris erat inuoluta; quæ Christianis detracta sunt: Christo enim in

crub.

cruce expirante, etiam illa expirarūt, *Matt. 27.*  
in cuius rei signū velū tempū, q̄ san-  
ctuarī regebat à summo vſq; ad imā  
discissum est; ipſeq; Christus vitæ suæ  
tempore, & post mortē multa veteris te-  
stamēti mysteria prioribus seculis oc-  
cultata nobis manifestauit, & promis-  
*A& 2.* sum suū adimpleturus Apostolis suis,  
& ecclesiæ Spiritum sanctū, qui eos o-  
mnem veritatem docere misit. Cha-  
ritas etiam quæ in ecclesia Christiano-  
rum reperitur multis parafangis  
præcedit eam quæ in Synagoga Iu-  
dæorum quondam rep̄eriebatur; Vn-  
de Christus ait, *Veni mittere ignem in Luc. 12.*  
*terram,* quasi dicat, charitas huius Sy-  
nagogæ penitus extincta est, ideoque  
veni, vt denuo accendatur: Idem ag-  
nouisse videtur Paulus cum ait, *Beni-*  
*gnitas & charitas Dei diffusa est in cor-*  
*dibus nostris per spiritum sanctum, qui*  
*datus est nobis.* Vbi notanter dicit dif-  
fusa est, vt significet multò vberius  
charitatem filijs ecclesiæ, quam Syna-  
gogæ communicari; quod ipsum de-  
facto explicat Apostolus ait: *Nō enim*  
*acepistis spiritū seruitutis iterū intimo-*  
*re; sed accepistis spiritum adoptionis filio-*  
*rum.*

rum, in quo clamamus, Abba pater, quæ exce-  
si dicat; si si Synagogæ timore seruili, stian-  
& seruitutis pleno in officio contine- sola-  
bantur, ast ecclesiæ filij, amore filiali,  
qui foras mutat timorem, reguntur.

Quāta itaque, & quam admirabilis  
est sapientia Christi, quæ tam com-  
oda vincula inuenit, quibus fortiter, & PR.  
suauiter sibi sua membra vniret, ac p.  
nobilissimū illud, & illustrissimum pulc.  
Christianæ ecclesiæ corpus constitue- num-  
rer: Vincula autem hæc, vt diximus, pri-  
mū sunt fides diuina, & charitas superna- tes pe-  
turalis, quæ à Paulo *vinculum perfecti Confi-*  
*onis* appellatur: In sectis autem, & cō. Di-  
ciliabulisiudicorum, hereticorum, aut Dei, &  
scismaticorum nihil simile reperies, non p.  
capite carent, absque omni forma & tyre  
vinculo sunt: & quamuis sibi superbè unam  
titulum ecclesiæ Dei arrogent, plagi corun-  
tamen & falsitatis facile arguuntur; design.  
Sicut enim ecclesia Dei propriā suā perfec-  
formam habet, ita etiam peculiares nitriti  
quasdam notas, ac proprietates, in eacum si-  
deprehendere licet, quibus à cæteris, I.  
impiorum conuenticulis distingua- nis ve-  
tur: De quibus nunc sigillatim agen- baptis-  
dum erit, ut amplius ecclesiæ nostræ Nemo  
excel.

Coloss. 3.

qua excellentiam demonstremus, & Chri-  
cuili, stianorum animos noua quadam con-  
tine solatione perfundamus.

## CAPUT QVINTVM.

De Proprietatibus & notis, seu  
signis Ecclesiae.

Proprietates & signa Ecclesiae, vt  
patet ex diuersis diuersorum  
num pulcherrimis Tractatibus in magno  
itue numero sunt: nos tamen, vt magis alij.  
mus, principalia delibemus, eas proprietates  
pertractabimus, quæ in Symbolo  
facti Constantinopolitano continentur.

Dico itaque imprimis Ecclesiam  
Dei, & familiam Christi vnam esse, &  
ries non plures: quod à magno illo mar-  
ia & tyre Cypriano didici, ita dicente, Quā Cypr. libr.  
erbè vnam ecclesiam etiam in cantico canti- de rnitate  
lagi corum spiritus sanctus ex persona Domini eccles.  
itur; designat, & dicit, Vna est columba mea,  
uam perfecta mea, una est matris uæ electa ge-  
ares nutriti suæ: Idem me docuit Apostolus  
In eacum scripsit, Vnum corpus, & unus spiri- Ephes. 4:  
teristus, sicut vocati estis in una spe vocatio-  
guinis vestræ: Unus Dominus, una fides, unū  
gen. baptisma: Vnde Cyprianus subiungit,  
str Nemo fraternitatem mēdacio fallat: ne-  
cel.

C

moſi-